



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

34. Quomodo Euthymium sacrificantem, lux immensa complectitur, cum adst[an]te sibi Domitiano, & quomodo Euthymius angelos se cum sacrificio ministrantes viderit.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

quod accepit continens, quasi oratura pro-  
 cumbit: famula adstans clanculum, illi dat pa-  
 nem, quem secum in manu attulerat. Hic cum  
 dentibus admoueretur, in lapidem cōgelascit.  
 Mulier perterrefacta metuēs, ne quid sibi mali  
 propter eam rem, quę diuinitus acciderat, con-  
 tingeret ad Episcopum cursu contendit, ac se-  
 ipsam prodens lapidem ostendit, adhuc morssi  
 vestigia habentem, & materiam incognitam,  
 coloremque admirabilem ostendentem, si-  
 mulque veniam cum lachrymis petens, viro  
 suo consensuram se pollicetur. Quod si hoc  
 cuiquam incredibile videtur, lapis ille testis  
 est, qui etiamnum inter clinodia Ecclesię Cō-  
 stantinopolitanę asseruatur.

*Ex vita S. Euthymij Abbatis authore Cyrillo Ere-  
 mita, quę habetur in Tomo Swij 20. Ianuarij.  
 Contigit autem ante annum Dominij 503. S. Euthy-  
 mium sacrificanti lux immensa complectitur, cum  
 adstante sibi Domitiano, & quomodo Euthymius  
 angelos secum sacrificio ministrantes viderit.*

## CAP. XXXIII.

**E**X hominibus quidem excessit Theodo-  
 sius, à Ruba verò ad Laurā redit magnus  
 Euthymius, & aliquando quidem vno sabba-  
 torum, ille quidem Deo ministrabat, & ei in-  
 cruētum obtulit sacrificium. Domitianus au-  
 tem adstabat ad dexteram cum mystico illo  
 venti labro, cum iam esset ter sancti glorifi-  
 catio, Terebonque Saracenus, & Chryssippi  
 frater



frater Gabriellus, alter quidem prope, a  
 verò stans intra aram, o magnam Christi  
 am in Euthymium gratiam, vident ignem  
 luti in quodam diffusum linteo desuper de  
 dentem, quin etiam ipsum Euthymium &  
 eo Domitianum intus complexum sic cir  
 plos permansisse ab initio, ter sancti usque  
 completum ministerium. Terebon aut  
 metu correptus & exterritus ab ara recessit  
 non amplius audacter & temerè ingressus  
 adita, sed in templi constitit vestibulo, &  
 magna in synaxim reuerentia, vt mibi po  
 narrauit Cyriacus anachoreta, qui hæc au  
 rat à Terebone & Gabriello, qui viderant  
 iunt verò eum quoque aliquando dixisse  
 busdam fratribus, qui cum eo seorsum ve  
 bantur, quòd sæpè videret terribilem ang  
 rum visionem vnà secum Deo ministrantem  
 & sacra contrectantem, & quod in Dom  
 corporis sumptione aliquos quidem, et  
 qui accedebant, videret illuminari: alios  
 autem veluti obscurari, & morte affici  
 cunque scilicet erant indigni ea luce.

*D. Gregorius Magnus lib. 3. Dialogorum cap. 3. d.  
 petus Pontifex Romanus murum & claudum  
 altis Missarum sollempnijs, à terra erigit, eidem  
 post porrectum corpus Dominicum, usum ling  
 resiliuit.*